Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8172
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Retribuebant mi mala pro bonis sterili
tatem anime mee Ego aut cum michi molesti
essent induebar cilicio Humiliabam in je
iunio animam meam et oratio mea in sinu meo
conuertetur Quasi proximum quasi fratrem meum
sic complacebam quasi lugens et contristatus
sic humiliabar Et ad ipsum me letatus sum
et conuenerunt congregata sunt super me
flagella et ignorauerunt Dissipati sunt
nec compuncti temptauerunt me subsannauerunt
me subsannando frendunerunt super me
dentibus suis Domine quando respicies restitue
animam meam a malignitate eorum a leonibus
unicam meam Confitebor tibi in ecclesia mag
na in populo grauis laudabo te Non super
gaudeant mihi qui adversantur mihi inique qui odi
unt me gratis et annuunt oculis Nam in
quidem pacifice loquebantur et in iracundia
terre loquebantur dolos cogitabant Et dila
tauerunt super me os suum dixerunt euge
euge viderunt oculi mei Vidisti domine
ne sileas domine ne discedas a me Exer
ge et intende iudicio meo deus meus et
dominus meus in causam meam Iudica me se
cundum iusticiam tuam domine deus meus et non super
gaudeant michi Non dicant in cordibus suis
euge euge anime nostre nec dicant deuorauimus
eum Erubescant et reuereantur simul
qui gratulantur malis meis Induant
confusione et reuerentia qui magnificant
super me Exultent et letentur qui volunt
iusticiam meam et dicant semper magnificetur
dominus qui volunt pacem serui eius Et
lingua mea meditabitur iusticiam tuam
tota die laudem tuam Psalmus